Pars laſciuiæ, die à Venere in caudam draconis. Nocte econtra, & proijcitur à Sole. 6 50 ♒

Octauæ domus partes.

Pars mortis, die nocte à Luna in gradum & minutum octauæ domus, & proijcitur à Saturno 16 23 ♊

Pars planetæ interficientis, die à domino gradus aſcendentis in Lunam. Nocte econtra, ab aſcendente proijcitur. 26 23 ♈

Pars anni quo timetur mors aut impedimentum paupertatis, deſtructionis. Die ac nocte à Saturno in gradum domini domus coniunctionis uel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, & proijcitur ab aſcendente. 29 9 ♈

Nonæ domus partes.

Pars religionis, die à Luna in Mercurium. Nocte econtra ab aſcendente 25 37 ♒

Pars itinerum per terram, die ac nocte à domino domus nonæ, in gradum & minutum nonæ, ab aſcendente 24 0 ♎

Pars itinerum per aquam, die à Saturno in decimum quintum gradum Cancri. Nocte econtra, ab aſcendente 2 29 ♈

Decimæ domus partes.

Pars regni uel regis, eſt eadem cum parte hæreditatum 5 37 ♌

Pars operis & magiſterij, die ac nocte à Sole in gradum Medij cœli, & ab aſcendente proiecta parte fortunæ 10 20 ♐

Pars fœlicitatis & profectus, die à ⊕ in Iouem. Nocte econtra ab aſcendente 14 42 ♒

Pars matris, die à Venere in Lunam. Nocte econtra, ab aſcendente 16 8 ♈

Vndecimæ domus partes.

Pars amicorum, die ac nocte à Luna in Mercurium, & proiecta ab aſcendente 25 37 ♒

Duodecimæ domus partes.

Pars inimicorum, die & nocte à domino domus inimicorum, in gradum & minutum domus duodecimæ, & proijcitur ab aſcendente 11 20 ♒

Pars contentionis & inuidiæ, die à Marte in Solem. Nocte econtra, ab aſcendente 25 0 ♉

Dodecatemorion planetæ alicuius inuenire.

INtra tabulam ſequentem cum gradu planetæ, & ex eius directo accipe ſigna & gradus, quæ extra ſcribe ad partem. Deinde intra etiam cũ minutis planetæ ad tabulam minutorum, & ex directo eorum accipe gradus & minuta, quæ ſub alijs ſcribe, quodlibet ſub ſuo genere, Deinde adde etiam illis ſigna, gradus, & minuta ipſius planetæ, cuius Dodecatemorion quæris, quodlibet ſuo generi, ſicut fit in medijs motibus colligendis